

1380
Mai 26.

worden, ubi eligebat sepulturam. Et vixerat in reclusorio circa 30 annos in bona fama et vita honesta. Obiit anno 1380, sabbato post festum corporis Christi.

1377
Nov. 22.

[Anno 1377 in die Caeciliae veniebat imperator Romanorum Carolus Quartus¹ cum exercitu, quo et cives civitatis equitaverunt per duo miliaria obviam sibi et dederunt sibi claves^a civitatis; per dimidium miliare et processio presbiterorum, monachorum, monialium et scholarium venerunt obviam sibi cum ornamentis, reliquiis et vexillis extra civitatem et antecesserunt ad civitatem, et pulsabatur cum omnibus campanis civitatis, et omnes viri civitatis ornaverunt se et steterunt ab^b una parte der straten circa portam orientalem, et mulieres similiter ornaverunt se et steterunt ab alia parte plateae, et ducebatur cum processione ad ecclesiam sancti Reinoldi. Et mansit hic per duos dies. Et tali modo imperatrix fuerat recepta per mensem post recessum². Et tunc sanctuarium sancti Reinoldi^c aperiebatur et duo frusta de membris sancti Reinoldi^c fuerunt ei data, imperatori unum et imperatrici unum. Et acceperunt cum magna devotione. Et nihil aliud a civitate desideravit nec accepit].

1377
Juli 25.

[Et ipso anno est renovatus chorus sancti Benedicti].
[Et circa festum Iacobi ante adventum imperatoris civitas fuerat circumvallata a duce de Berge³, quia^d anno 1370 fuit dux captus de Monte apud civitatem Tremoniensem, et a^e duce Iuliacensi et ab aliis magnis dominis, et sic per duos dies fuerunt circa civitatem. Et sic recesserunt, quia ratione victuum diutius non potuerunt permanere, sine detrimento civitatis].

[Et ipso anno populus visitabat Aquisgranum secundum consuetudinem, ut viderent reliquias beatae Mariae^f Virginis⁴].

a) 'sibi claves' fehlt in C. b) 'ab una — steterunt' fehlt in C. c) Der Satz bis hierher in C dreimal hintereinander. d) ABC vor 'quia' ein überflüssiges 'et'.
e) 'a' fehlt in ABC. f) AB 'Mariae' fehlt.

1) Vgl. die eingehende Schilderung bei Nederhoff S. 58 ff. Ueber diese Anwesenheit Karls IV. gab es einen ähnlichen Denkvers, wie deren andere weiter unten folgen. S. Stangefol I. c. 454 nach Detmar Mülher (Seibertz, Quellen I, S. 334). 2) Die Kaiserin Elisabeth kam 1378, Januar 16 nach Dortmund. Nederhoff S. 64 ff. 3) Wilhelm wurde erst am 24. Mai 1380 Herzog. Vgl. Lacomblet UB. III, N. 848. Nederhoff (S. 55) erzählt diese Belagerung eingehend zum J. 1375; ihm lag, wie sich aus dem Titel comes für Wilhelm ergibt, eine ältere Aufzeichnung vor (vgl. ib. S. 59). 4) Vgl. S. 532. 541 und 543. Die Aachenfahrt scheint für Dortmund von grosser Bedeutung gewesen zu sein. Auch Joh. Kerkhörde, Reinold Kerkhörde (Ztschr. des berg. Gesch. Ver. X, S. 11, Vers 277 ff.) und Dietrich Westhoff erwähnen sie. Vgl. auch Fahne, Dortmund III, S. 226, IV, S. 86. Ich beschränke mich hier auf die Bemerkung, dass die in unserer Chronik erwähnten Aachenfahrten von 1377 und 1384 in den siebenjährigen Turnus fallen. S. Kessel, Gesch. Mithth. über die Heiligthümer zu Aachen S. 175 ff.